

- 13 sualem moti prius ex Juris præsumptione †, secundum quam contractus potius censetur censuarius, quam emphyteoticus Alberic. de Rosate in l.2. n. 13. C. de Jur. emphyt. Ruin. conf. 161. n. 28. lib. 1. Hippol. de Marfil. Singul. 95. n. 2. Rot. penes Card. Mantic. decif. 134. n. 3. Caval. decif. 201. n. 2. Buratt. decif. 334. n. fin. & decif. 601. n. 3. & 116. bo. me. Merlin. dec. 545. n. 1. & in rec. dec. 400. n. 7. & dec. 606. n. 2. par. 1. Secundò ex onore Marchioni ejusque hæredibus, & successoribus ad Investituras vocatis injuncto solvendi in perpetuum annuos Florenos centum auri de Camera Monasterio S. Andreæ. Hæc enim quantitas responsionis tanquam æquans fructus Villarum de tempore concessionis, ut deprehenditur ex quo altera illarum, nempe Saleta in dicto Instrumento de anno 1272. Stipulato dicitur empta ab Abbatie pro pretio librarium 625. monetæ Papien. vix ascendentis ad Scuta centum, monetae Romanæ, & in dubio † etiam præsumitur donec contrarium probetur Ruin. dict. conf. 161. n. 25. Rot. dec. 14. n. 10. par. 6. rec. præstat maximum argumentum ad discernendum concessionem esse censualem. In qua certi Juris est, quod regulariter soluto solet correspondere fructibus † At in emphyteusi solvitur quid modicum in recognitionem dominii directi, non autem in fructum recompensationem, ut distinguunt Bart. in l.1. n. 4. & ibi etiam Bald. in 2. lectura n. 27. vers. quero C. de Jur. emphyt. Ruin. in citato conf. 161. n. 27. cum duob. seqq. Nevizzan. in dict. conf. 92. Natt. conf. 3. n. 2. Mantic. de tac. eod. lib. 22. & tit. 3. n. 12. Dec. d. conf. 164. n. 3. Bero quæst. 14. num. 3. & 4. Menoch. dict. præsumpt. 106. n. 11. Ubi quod si dictum fuit concedo in emphyteusim †, vel in censem, ex illis verbis, in censem dicatur recessum ab illis in emphyteusim Seraphin. dec. 313. n. 3. Buratt. dict. dec. 334. sub n. 10. vers. 3. & seq. & in illa 545. Merlini n. 6. & par. 6. dec. 14. n. 11. & 12. part. 6. rec. Tertiò quia non legitur reservatus 16 confessus Abbatis †, ubi casus alienationis convenire, desuntque conventiones & pacta illius Dominium præferentia, quod pariter demonstrat concessionem fuisse habitat pro censuaria Dec. dict. conf. 164. num. 2. Rot. in precipitatis decif. 400. n. 8. par. 1. & dec. 601. n. 4. coram Buratt. Id, quod non accedit in contractu emphyteutico †, ubi utile domini transfertur in emphyteotam l.1. §. qui in perpetuum, & ibi scribentes ff. si ager. Vestigal. Bero. conf. 146. n. 2. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 106. n. 1. & 2. Caval. decif. 201. n. 3. Dom. minus vero rei in emphyteusim traditæ † semper super ea aliquod Jus, directumque dominum retinet. Imol. C. ad audientiam 9. n. 4. de reb. Eccles. non alien. Dec. eod. conf. 164. sub n. 2. vers. Cum ergo. Mantic. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 3. n. 9. Rot. dec. 545. n. 6. coram bo. me. Merlin. & dec. 14. n. 31. par. 6. Quarò, quia in ipso concessionis Instrumento disertis verbis habetur solutionem Florenorum centum auri esse faciendam pro censu, non pro Canone. Talis enim debet judicari contractus*, quem verba demonstrant, & à partibus denominatur l. qui fundit 40. §. fundi ff. de Contrah. empti. & in terminis dixerunt Soccin. sen. conf. 167. n. 6. lib. 2. Aretin. d. conf. 55. in fin. Rot. dec. 400. n. 8. par. 1. & 14. n. 4. & decif. 188. n. 2. par. 6. & decif. 425. n. 2. post Modern. Perusin. de Cens. & alii cumulati in sèpē citata decif. 545. num. 7. bon. mem. Merlini. Et denique concurret diuturna observantia ne dùm in exactione semper facta à Canonis pro affectu, livello, & censu perpetuo, ut expreſſè legitur in partitis librorum Monasterii, in quibus solutiones adnotatae sunt Sum. Abbatis num. 2. Verum etiam in alienationibus proprietatis ipsarum Villarum, & bonorum in quibus extincta linea Marchionis Montis ferrati
- successerunt Duces Mantuae hæredes extranei, & ab ipsis Villa Saletta, & Castrum Turronis in Ponzonos distracta, & successivè ad Marchionem Spinulam deventa eodem Sunm. nu. 3. & 4. Laudemio non soluto, neque adhibito consensu Canonorum: Immò mediante dictorum censum receptione omnia gesta approbantium. Per istam agitur observantiam * tanti temporis, satis declarata concessio pro censuaria, & ab ipsis Canonis exactioribus pro tali renta Gabr. conf. 76. n. 15. & 16. lib. 2. Mantic. de tac. lib. 22. tit. 8. n. 35. & 36. Menoch. præsumpt. 111. n. 3. lib. 3. Manent. conf. 108. n. 2. 35. & 37. & decif. 2. n. 3. Et in terminis similius partitarum librorum Rot. dec. 606. n. fin. par. pr. rec.
- Non obstat expressio emphyteutis semel, ac iterum facta, ob quam prætenditur de intentione Papæ* fuisse concedere bona in emphyteusim non ad censem, & livellum perpetuum; quoniam hujusmodi intellectus pugnat cum aliis, & precipue correspondentia annua præstationis fructibus honorum † supra animadversis contrarium demonstrantibus, hæcque prævalere debent nihil obstante quod denominatio canteat de emphyteusi, sicut notant Bald. in rubr. num. 12. C. de Jur. emphyt. Ruin. in citato conf. 161. n. 27. cum duob. seqq. Nevizzan. in dict. conf. 92. Natt. conf. 3. n. 2. Mantic. de tac. eod. lib. 22. & tit. 3. n. 12. Dec. d. conf. 164. n. 3. Bero quæst. 14. num. 3. & 4. Menoch. dict. præsumpt. 106. n. 11. Ubi quod si dictum fuit concedo in emphyteusim †, vel in censem, ex illis verbis, in censem dicatur recessum ab illis in emphyteusim Seraphin. dec. 313. n. 3. Buratt. dict. dec. 334. sub n. 10. vers. 3. & seq. & in illa 545. Merlini n. 6. & par. 6. dec. 14. n. 11. & 12. part. 6. rec.
- Ex quibus deprehenditur ad præsentem facti speciem non applicari decisiones, & auctoritates in oppositum adductæ, quia procedunt ubi adeſt explicita dominii directi reservatio apud bona concedentem & concurrenti paſta, que magis inferunt emphyteusim, quam censem; ut bene explicat Rot. in dec. 611. n. 28. & 29. par. 4. tom. 3. rec. Vel ubi quoque Jura pro Monasterio data cum adminiculis ponderatis aliquam dominii probationem constituerent ad argendum concessionem emphyteoticam, adhuc non sufficiunt, cum validiores sint probations*, & conjecturæ supra deductæ suidentes esse censuariam unâ cum Juris præsumptione, quæ semper firma manet posito citrâ veri præjudicium, quod probations conquassarentur ad invicem ut bene ad rem firmavit Rot. coram bo. me. Merlin. dict. dec. 545. n. 15. & 16.
- Hinc meritò conclusum fuit nullatenus factum esse locum devolutioni capite alienationis, confessu Abbatis, & Canonorum non adhibito, & ob non solutionem laudemii, & censu, quia ipsis de causis dūm non versamur in contractu emphyteutico, sed censuali, bona ex natura contractus non incident in commissum propter translationem utriusque dominii directi, & utilis in Censuaria, qui propterea à Jure suo non cadit †, ut de non solvente Censem tempore debito est textus cum Gloss. in C. constitutus 6. de relig. dom. Imol. in d. C. ad audientiam de reb. Eccles. non alien. Soccin. sen. conf. 167. n. 6. lib. 2. Dec. conf. 164. supra citat. sub n. 1. vers. Sed tamen his, & n. 2. ubi quod Text. in C. 4. de locat. & conduct. habet duntaxat locum in contractu emphyt. Mantic. eod. l.22. & tit. 3. n. 10. & 11. & decif. 134. num. Hond. conf. 81. n. 4. lib. 2. Menoch. d. præf. 16. n. 16. Rot. d. 400. n. 7. & 15. & d. 606. in fin. p. 1. rec. Et de eo, qui distraxit bona irrequiso Domino,

quia dicitur translatum dominium in ipsum alienantem, ratione illius uti Dominus alienare potest Dec. ubi suprà sub num. 3. vers. ultimò non obstat, dicens hæc duo æquiparari in contractu censuali, ut quis à Jure suo non cadat tām in solvendo, quam in alienando Ruin. conf. 42. n. 8. lib. 1. Menoch. conf. 414. num. 15. in fin. & seq. & dict. præsumpt. 106. n. 19. Handed. eod. conf. 81. n. 5. Rota decif. 425. n. 10. in fin. penes Cenc. de cens. Nec laudemii solvit, Menoch. ibid. n. 7. & 8. Mantic. d. tit. 3. num. 15. Rota in allegatis decisione 400. num. 8. part. 1. & decif. 14. num. 48. & 47. part. 6.

Prædictaque facilius recipienda sunt quoad devolutionem Caſtri Turronis muri circumdati, & militibus custoditi, de quo nulla fit mentio in motu proprio, nec ut afferebatur, probatum fuit esse sub Villa Planchetæ comprehensum, & proinde minus respectu illius justificatur dominium, ut Marchio subjaceat caducati †, à qua ut excusat quælibet, & etiam minus iusta causa solet admitti ad tex. in l. igitur 12. ff. de liberal. caſu. Angel. in plag. 14. C. ad l. Flav. de plag. Rota decif. 232. num. 2. & decif. 571. num. 4. part. 2. & 282. num. 5. part. 4. tom. 2. & decif. 293. num. fin. part. 6. rec. Juncta maxime judiciali oblatione solvendi † totum id, in quo factis calculis apparebit remanere debitorem, quæ oblatio ad effectum evitandi caducitatis peccatum habet vim solutionis l. si rem 9. §. ult. ff. de pignorat. act. Bart. in l. interdum 73. §. fin. ff. de verb. oblig. Socin. Sen. conf. 118. n. 10. lib. 4. & Socin. jun. de communi conf. 63. num. 19. lib. 2. Becc. conf. 196. n. 2. lib. 1. Surd. conf. 86. num. 27. & 28. Rota coram Corretulo decif. 78. num. 10.

Et ita utraque &c.

DECISIO CXXVIII.

R. P. D. MELTIO.

Bononien. Fideicommissi de Amorinis.

Mercurii 26 Junii 1658.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio conceditur fideicommissario ubi concurrunt requista.
- 2 Nepotes quando filiorum appellatione non veniant.
- 3 Testator quando refrinxit vocationem ad certas personas, ad alias substitutio non extenditur.
- 5 Conjectura non attenduntur, ubi adeſt clara Testatoris dispositio.
- 6 Descendens mediate per lineam femininam censetur extraneus, quo ad substitutionem factam de filiis & descendantibus masculis feminæ.
- 7 Absurdum considerari non potest ubi constat de expressa mente testatoris aliquo modo substituentis.
- 8 Absurdi sub prætextu non licet recedere à verbis testamenti, nec trahere vocationem ad exclusos.

M Athæus Amorinus hæredibus institutus Julio Cæſare, & Alexandro ex Dominico ipsius germano fratre nepotibus perpetuum, & absolutum inter illos in casu obitus alicuius quan-

documque sine filiis masculis, & de legitimo matrimonio natis fideicommissum cum reciproca substitutione ordinavit, & in defectum eorumdem hæredum cum liberis masculis, & per masculum descendantibus legitimis & naturalibus quandocumque coiſiſlibet ipsorum liberos masculos cum eadem masculinitatis, & legitimatis qualitate reciprocè pariter substituit. Deinde verò post obitum dictorum hæredum, ac omnium ipsorum filiorum masculorum, & per masculum descendantium ultimo decedenti naturales spurious, seu aliter illegitimè ab eisdem institutis proximiōres masculos, & per lineam masculinam naturalium descendantes in infinitum in omnibus ipsis Testatoris bonis substituit, & in ipsis descendantium naturalium, & spuriorum, ac totalis linea masculinæ extinctoris defectum filios masculos legitimos, & naturales ex Lucretia, & Ludovica ipsis fideicommissis nepotibus vocavit cum expressa tam declaratione concepta sub his formalibus verbis: *Declarans etiam idem Testator ad evitandum dubium à Doctoribus consideratum hoc casu appellatione filiorum nepotes non contineri, sed solum filios præcisè & non ulteriores esse vocatos, & sic futuros prænepotes ipsius Testatoris, nisi casu quo aliquis, seu aliqui filiorum predictarum DD. Ludovicæ, & Lucretiae, vel alterius eorum extaret, seu extarent, & admitteretur, quo casu tantum voluit præmortuorum filiorum masculorum prædictarum neptum filios, unde cum illarum filiis superstibus admitti, & paris personam representare.* Ultimò demum ex predictis quandocumque fine filiis masculis legitimis & naturalibus decedenti, ac deficientibus aliis successivè vocatis, duos Pueros, seu Adolescentes ex Agnationibus, & Proslapiis DD. de Pepulis, de Graffis, de Ursis, de Bologniniis, & aliarum familiarium Bononiensium, de quibus in testamento in §. 44. ab Officialibus Pauperum Verecundorum Montis Piatis, ac aliis Civitatis Bononiae Officialibus cum onere tamen deferendi insignia, & nomen Dominus Amorinus eligendos substituit.

Defuncto Testatore ex descendantibus masculis institutorum Alexander junior filius Virgilii Alexandri senioris alterius ex primis hæredibus nepos unus superfluit, qui donatis prius omnibus bonis fideicommisso d. Matthæi obnoxii Com. Gabrieli de Graffis, absque filiis deceſſit, & propterea purificato vigore ultimæ substitutionis fideicommisso ad favorem Puerorum, seu Adolescentium Bononiensium stante deficientiis aliorum prius vocatorum fuerunt ab Officialibus dictæ Civitatis ad præscriptam testamenti formam electi Com. Joseph Maria de Ursis, & Joannes Andreas de Bologniniis, qui cum petant adversus ipsum D. Com. Gabrielem de Graffis prænepotem dictæ Lucretiae, ac Donatarium dicti Alexandri junioris de Amorinis ultimi gravati immisionem in possessionem honorum fideicommissorum in vim l. fin. C. de edit. Div. Adr. toll. delata hujusmodi causa ad Rotam, ac mihi commissa dubitatum fuit, an ipsis sit concedenda immisſio, & omnibus valde perpensis, ac mature discussi per Dominos fuit affirmativè resolutum.

Existentia enim supradicti fideicommissi præter quod inter partes non controvertitur, literaliter colligitur ex inspectione ejusdemmet testamenti & comprobatur ex decisionibus emanatis coram me in hac causa sub die 18 Maii 1648. & Aprilis 1650. prout quoque de honorum identitate

tate constat ex eodem testamento impresso sub §. 55, cum seqq. ubi illa registrata leguntur, Purificatio autem dicti fideicommissi ad favorem D. D. de Ursis & Bolognini in vim ultimæ substitutionis satis refutatur dicitur ex obitu Alexandri junioris ultimi descendantis sine filiis. Cum igitur isti electi habeant omnes qualitates per testatorum requisitas †, dubitari non potest quin dicantur esse in casu vocationis, & consequenter pettam immisionem assequi debent ad not. per glof. in lib. qui duos verb. superflues fuit, ff. de reb. dub. Peregr. de fideic. art. 42, n. 2, cum seq. & nu. 17, Rota coram Penia decis. 719, num. 3, & in recent. decis. 93, nu. 1, & decis. 131, num. 1, par. 7. & coram Eminentiss. D. Card. Ottobono decis. 111. num. 2.

2 Neque obstare visum fuit quod d. + Comes Gabriel descendat à Paride Maria filio Diana filiae Lucretiae, neptis ipsius fideicommissantis, qui propterea cessare faciat casum ultimæ substitutionis ad favorem extraneorum per text. in leg. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. lib. in testamento ff. de condit. & demonstr. Quia ille tanquam propus Lucretiae ex Diana filia foemina non potest comprehendendi in dispositione Testatoris, nec sub denominatione filiorum, nec sub descendantium vocatione, quicquid enim dici posset, quando vocatio effet simpliciter concepta, & intrarent conjecturæ ad inducendam comprehensionem nepotum nomine filiorum, prout admittit Rota in Bononiensi fideicommissi de Bargellinis 10 Februarii 1653, coram bon. mem. Bichio. Cessat in proposito casu omnis difficultas, ex quo Testator expresse declaravit, quod nolebat comprehendi nepotes sub eo nomine, nisi in casu quo filii Ludovicæ, & Lucretiae extarent, & admitterentur, tunc enim voluit duntaxat præmortuorum filiorum masculorum prædictarum neptum filios, unà cum illarum filiis superstibus admitti, & patris personam repræsentare. Cum igitur de tempore defectus descendantia masculinæ hæredum institutorum non adeset aliquis filius masculus Ludovicæ, & Lucretiae, qui ex lege Testatoris potuerit admitti, utrique casus remanet in simplicibus terminis primæ partis dictæ declarationis excludentes nepotes, & pronepotes, qualis est Comes Gabriel, quæ uti per se clara ex voluntate ejusdem fideicommissantis †, & resticta ad certas personas non admittit aliam interpretationem, nec patitur extensionem substitutionis ad alias personas, Bald. in leg. illa n. 3, C. de collat. & in leg. quicunque nu. 12, C. de serv. fugit. Aretin. conf. 143, n. 5, Rota dec. 43, n. 2, par. 7, recent. & coram Eminentiss. D. Card. Ottobono decis. 217. num. 16.

3 Nec ad hujusmodi effectum quicquam operantur conjecturæ ponderante ab Informantibus pro dicto Comite Gabriele ad inducendam dictam comprehensionem, quia illæ non sunt attendenda † ubi concurredit clara Testatoris dispositio; & evidenter constat ipsum aliter intellexisse, quam conjecturæ demonstrant, juxta not. per Cravet. conf. 47, n. 2, Rot. coram Merlino decis. 12, n. 51, & decis. 411, n. 22, & in recent. 348, n. 10, par. 6, tunc enim omnino standum est dictæ declarationi ad text. in l. fin. §. sin autem, C. de bonis que liberis, Bertrand. conf. 286, num. 6, verf. facit quod vol. 2, Peregr. conf. 23, num. 45, cum seq. lib. 3, Rota coram Card. Mantic. decis. 247, n. 3, & coram Buratt. decis. 73, n. 9, & dicit Rota in Nucerina fideicommissi 1 Julii 1650, coram me, in §. quo verò ad testamentum &c.

4 Dictam autem declarationem intelligendam es-

se restictam ad illum casum quo concurrerent filii nascituri insimul cum patruis propter illa verba, hoc casu &c: Nullatenus subsistere visum est, quoniam explicitè Testator loquutus fuit de significacione verbi filiorum ad tollendum dum à Doctoribus consideratum, non autem de concurso, nec dicta verba diversificant sensum substitutionis, ex quo nepotes admittuntur à Testatore in casu prædecessus filiorum dictarum foeminarum, cum id non possit verificari, nisi in casu quo dicti nepotes possint repræsentare filios dictarum foeminarum, ut clarè demonstrant alia verba subsequentia, ibi, nisi in casu quo &c. Hoc autem dici non potest de dicto Comite Gabriele, nec respectu patris, qui cum non esset filius, sed nepos ex Diana filia Lucretiae, non fuit fatus, nec admitti poterat † repugnante Testatoris voluntate ad filios primi gradus literaliter restricta, nec respectu matris descendantis ex alia foemina, quæ tanquam finis linea masculinæ fuit expresse ab eodem Testatore exclusa, & consequenter tam ex defectu juris repræsentativi, quæ masculinitatis, modo superius expresso requisita, ille prorsus substitutionis incapax redditur, ut not. Gratian. discept. for. 901, num. 22, Peregr. de fideicom. art. 26, num. 29, proprie fin. Menoch. conf. 1229, num. 21, Fusar. de substit. quæst. 404, nu. 24, & firmavit Rota in Bononiensi fideicommissi de Barberiis 5 Decembri 1650, §. si quidem certum est coram Eminentissimo D. Card. Corrado, & 19 Februarii 1652, coram bon. mem. Bichio, & in Baren. Beneficii 8 Februarii 1656, §. E converso. coram eodem.

5 Et hujusmodi exclusio clarius redditur ex alia declaratione facta per eundem Testatorem in §. 47, ibi, Et pro majori declaratione, ubi loquendo de exclusione filiorum foeminarum excipit solummodo filios dictarum Ludovicæ, & Lucretiae, earumque liberos masculos, & per masculum descendentes †, dum enim restrinxit distributionem ad filios masculos dictarum foeminarum tantum, certum est non comprehendendi ceteros descendentes ex linea foemina, & medianibus aliis foeminiis, qualis est dictus D. Comes Gabriel tanquam filius Paridis Maris filii Diana, filiae Lucretiae, nam dictæ foemina ab ipso Testatore nullatenus fuerunt considerata, imò per supradictam declarationem manifestè exclusæ, & propterea dictus Gabriel uti descendens mediata per lineam foeminarum loco extranei considerandus est in dicta substitutione, juxta notata per Menoch. confil. 878, num. 18, & 19, & in præct. conf. 1229, num. 27, & dixit Rota in dict. Bononi. fideicommissi de Barberiis 19 Februarii 1652, coram bon. mem. Bichio. §. Quapropter. Et hoc tollit absurdum ponderatum ab Informantibus pro Comite Gabriele, quod isto retento intellectu proximiores excluderentur ab extraneis; Ultrè quod nullum allegari potest absurdum †, ubi constat de clara, & expressa voluntate Testatoris hoc modo substituentis, ut Rota firmavit in allegata Bonon. fideicommissi de Barberiis 10 Decembri 1650, in §. deinde coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado, & 19 Februarii 1652, in §. quapropter, coram bo. me. Bichio, sub praetextu autem absurdum non licet recedere à verbis † dispositoris Gabr. confil. 69, sub nu. 14, lib. 2, nec trahenda est vocatio ad personas expresse exclusas, & non comprehensas in verbis Peregr. de fideic. art. 11, sub num. 45, verf. in hac re puto Ego.

6 Et ita resolutum fuit utraque &c.

DECISIO CXXIX.

R. P. D. PRIOLO.

Mediolanen. Pensionis.

Mercurii 26. Junii 1658.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia validitas ex processu colligitur.
- 2 Fructus à die litis contestatae debentur. Limitati si petuntur ut fors, n. 3. Inexacti debentur successoribus, n. 5. Massæ communis residentibus de tempore exactiois distribuuntur, n. 7.
- 4 Canonici tanquam singuli de spectantibus ad massam transigere nequeunt.
- 5 Exactiois difficultas acquisitione non impedit.
- 8 Distributiones quotidianaæ appellantur etiam fructus massæ collegialis. Non nisi interestibus distribuuntur n. 10. Declara ut n. 11. 12. & 13.
- 9 Residentialia valde differt ab interessentia.
- 14 Exceptio est de regula.
- 15 Verba subsequentia, quando ad declarationem precedentium apponantur.
- 16 Testes deponentes per verba putat, credit, non probant.
- Massa sub residentiali, continentur etiam distributiones quas etiam divinis non interessentes lucrantur, n. 17.
- 18 Observantia declarat concessionem factam Canonis quoad emolumenta per eos percipientia. Etiam si non sit prescripta, n. 19.

A Bsoluto judicio contra Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanen. tam super iure exigendi in futurum, quam super condemnatione restituendi terminos à die litis morte decursoff Officialebus & Beneficiatis ejusdem Ecclesiæ annua pensionis scutorum auri mille quam eorum maslæ distributionum quotidianarum, seu residentiæ autoritate Apost. S. Caroli Archiepiscopus assignaverat. Alterum assumptum fuit pro restitutioe terminorum decurforum ante dictam item, nempe ab anno 1588. usque ad annum 1613. In quo pariter Officiales, & Beneficiati ad illorum solutionem Capitulum condemnari obtinuerunt. Super quibus hodie in tertia instantia causa iterum propulsa sententiam Rotalem ex utroque tam validitatibus, quam justitiæ fundamento confirmandam esse Domini censurunt.

I Validitas manifesta resultat * ex revolutione processus, juxta decis. Veralli 260. p. 2.

Justitia verò remanet abunde probata ex rationibus pleno, docto que calamo exaratis, in decisionibus editis in prima instantia coram bon. mem. Merlino, die 6. Junii 1633. & 19. Janu. 1635. inter ejus impressas dec. 585. & 663. & in secunda coram bon. mem. Bichio die 31. Janu. 1646. & 27. Junii ejusdem anni, in quibus dictum fuit, Pensiones nomine Capituli exactas ante motam item esse

restituendas, quia licet regulariter fructus * non debeantur nisi a die morte litis juxta text. in l. 2. de fructib. & litis expens. & in l. certum C. de rei vind. Nihilominus, cum in hoc judicio Officiales, & Beneficiati non egerint ad ejus exigendi pensionem, quo casu accessoriæ, & per modum sequentia debentur fructus decursi à die morte litis duntaxat, sed infesterint pro consecutione terminorum decurforum, quo casu pensiones ante motam item exactæ non uti fructus accessoriæ ad pensionem tanquam ad aliquod subjectum & di-

Decisions ad Tract. de Alim.

stinctum capitale dentur, sed ut fors principalis, & capitale * de per se consideratum, adeo ut nisi fiat condemnatione ad omnes pensiones decursas à die purificatæ obligationis dici non possit facta plenaria restitutio pensionis juxta propositam actionem ex doctrina Innocentii, in cap. querelam n. 3. vers. & nota extra de electione. & fuit ponedratum in Mediolanen. fructuum 26. Maii 1589. coram Platino apud Marchesan. de commiss. p. 2. fol. 106. quemadmodum in præstationibus annuis, & in annuis legatis, quæ non uti fructus, sed tanquam fors principalis debentur. Grat. discept. for. c. 206. n. 20. Pacific. de Salv. inspect. 4. cap. 2. n. 82. ac etiam in decimis quando illæ petuntur uti fors, non autem uti accessoriæ ad jus decimandi. Rot. divers. dec. 689. n. 3. & 6. p. 3. Seraph. decis. 1. 163. n. 3. Toletana decimaria. 21. Junii 1649. coram R. P. D. meo Celsio, & in decisib. his hujus cause, alia quamplures referuntur.

Nec ex eo quod non fuerint detracitæ portiones tredecim Beneficiatorum, qui transegerunt super eorum portionibus & confenserunt illarum erogationi in opus fabricæ, ædium Canonica, argui potest excessus sententia Rotalis condemnantis ad illam integrè restituendam usque ab initio, quo expiravit assignatio dictæ pensionis facta ab eodem S. Carolo eidem fabricæ, quoniam pensiones tunc decursa non ad eos uti singulos, * sed ad mensam communem, seu massam Beneficiorum spectabant, id est super illis pro eorum interesse transfigere minimè potuerunt ad notata per Garz. de benef. p. 3. c. 2 n. 428 & 429, Gonz. super reg. 8. glof. 37. n. 26 vers. Propterea fructus enim inexacti debentur successoribus * qui sunt de Collegio de tempore exactiois, non autem hæreditibus præteriorum qui nullum particulare jus super illis unquam habuere, ut post multa jura concludit Calder. conf. 2. n. 2 vers. 3 casus de pecul. Clerical. Gambar. de offic. legat. lib. 6. q. 24. n. 562 Barbos. de jure Eccles. universi. li. 3. c. 17. n. 80. Idemque servari in Provincia Mediolani terminatum fuit in Concilio Provinciali quarto, Deis quæ ad Capitulum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiæ pertinente lib. 4. n. 28 fol. 4. 3. & i. a reprobad consuetudinem contrariam resolutum fuit, in Papien. fructuum 21. Febr. 1622. coram Remboldo, & in Novarien. Pensionis 29. Novembris 1626, coram Pirovano.

Minus arguitur excessus, ex eo quod pensione fuerit simpliciter reservata massæ distributionum quotidianarum, quæ debentur illis, qui divinis officiis intersunt, ut propterea Beneficiari transientes eorum portiones, quamvis solutio ob ligem pendente impediret Capitulo cedere, * vel remittere potuerint, cum difficultas exactiois juris acquisitionem non impedit ad text. in l. continuo §. illud ff. de verb. obligat. Moneta de distribut. quotidian. p. 3. q. 3. n. 16, cum pluribus aliis relatis in decis. hujus cause super remissoria. §. quia materia articulata 12. Decembri 1647. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.

Contrarium namque disponitur tam in Breve Gregorii ibi. Pensionem verò mille scutorum auri prædictam mensæ distributionum quotidianarum, seu residentiæ jam constituta, seu de novo constituta, & C. quæ ex decreto S. Caroli edito die 3. Febr. 1573, ibi nunc verò mensæ residentiali, seu massæ Officialium Ecclesiæ Mediolanen. unita, & applicata, &c. Ex quo sanè verbo residentiæ liquet assignationem factam suis non distributionibus quotidianis, quæ minutæ dicunt; & quæ solis actu inservientibus Ecclesiæ, & interessentibus

tribuan-